



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...

Libris Quatuor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conversione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1670

80. Idolorum sectae omnes turpissimae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10757

ius vniuersi, secluso domus in angulo fieret, obstruētis etiam fenestris, & omni spiraculo; illic è Sinu idolum protulisse, iussisse coram proeideret, iuraretque magnum eius Dei nomine iururandum, quod erat ipsi arcanum proditurus, proditurum se mortalium nemini. Postquam formato ex tribus festucis triangulo hinc ait, veri omnis principium & finis, ex quo religionem omnem hausi, quæ sola te potest beatum facere; pergensque homo porcus cælum inquit, terræ, ac maris, & quicquid in mundo est, haudquaquam ortu æterno nata sunt. Genuit illa Telo (idoli hoc nomen est) eo prorsus modo quo soleat homines, filios procreare; quod præstare omnino prius non potuit, quam transfiguratus in eam rem cuius illum nomen non puduit edere; sequebaturque spurcissimus bipedum, tam fœdis Mandarinis aures, & modestiam vexare, ut rubore confusus non sustinuerit primæ illi scholæ finem ab eo imponi, sed tantum non sustibus, certè conuictis oratorum, domo exturbabit. Hæc simulachrorum nequissima, & impurissima arcana, tam esse aiebat inter se gemina, parisque omnia fœditatis, cum Christianis mysteriis conferens Mandarinus, & cum sublimitate diuinæ legis, exibat præ gaudio extra se, vitamque omnem ad normam exigens veræ Christianæque rationis, qualis olim fuisset meminisse absque sui horrore non poterat. Pertæsus hilaris quæ ad anni vertentis plenilunium celebrantur quorum etiam in partem functorum animæ inuitantur, ieiunans, & orans quindecim illos transigebat dies; sed crebris tum maximè interpellatus officiis inuisentium amicorum, illic sibi secessum quæsiuit, vade conditio temporis facile tunc omnes excludebat, in sepulchreto videlicet, tumulis, denso & cadaueribus, vbi sepulchrorum æstimans numerum, & præstantes tot viros animo repetens quorum illic corpora clauderentur, quærebat ex se ipse, illorum animæ vbi tunc agerent? ac velut audiret earum ex inferis responsum, æternis teneri, vrique ignibus, & status mitioris sempiterna desperatione, inhorrescebat totus, vberissimeque flens, & potest inquebat, hæc certò persuasus, dare conuictis, musicis comædis ceterisque hilaritatibus operam? misertusque maiorem, conficiebat se lacrimis ex eorum infelicitate, sibi verò beatam diuinæ gratiæ gratulabatur sortem, quod esset tanto ex numero in Dei notitiam, & obsequium adscitus; proiectusque humi, expansis brachiis infinitas dicebat eius misericordiæ gratias, & illo æstuans igne factus in urbem redibat, implacabili detestatione templis, Diis, Deorum libris & Bonziis iratus quos relegari optasset in montes tam asperos ut ad euertendum populum non possent nisi præcipitio descendere. Postremò peractis bacchanalium illorum duabus hebdomadis, splendidum prandium Literatis dedit, tacitæ illorum offensionculæ responsum de ommissis anni redeuntis hilaritatibus virorum etiam gratiarum consuetudine sancitis, aiens idem secum fuisse facturos si obligasset iis, eadem liquidò quæ ipse cognouerat audire, vbi de Deo, de æter-

80.
Idolorum
sectæ omnes
turpissimæ.

81.
Mira magni
Neophyti
pietas.